

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Gula q
cum fonte primo

Melius est exiguo sanguine ad usum uesci,
quam uentoso legumine usque ad ructum exsaturari,
precipue cum et Esau non de carne sed de lente sit reprehensus,
et de ligno Adam non de carne dampnatus,
et Ionathas ex gustu mellis non carnis morti iudicatus,
econtra uero Helyas innoxie carnem comedelerit,
Abraham angelos gratissime carnibus pauit,
et de ipsis sua fieri sacrificia Deus preceperit.

Bernardus in apologetico.

Repleti deinde ventrem faba, mentem superbia,
cibos damnamus saginatos,
quasi non melius sit exiguo sagimine ad usum vesci,
quam ventoso legumine usque ad ructum exsaturari,
praecipue cum et Esau non de carne, sed de lente sit reprehensus,
et de ligno Adam, non de carne damnatus,
et Ionathas ex gustu mellis, non carnis, morti adjudicatus,
econtra vero Elias innoxie carnem comedelerit,
Abraham angelos gratissime carnibus paverit,
et de ipsis sua fieri sacrificia Deus paeceperit.

Bernardus Claraevallensis, *Apologia ad Guillelmum abbatem*, 12
(SBO 3, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.92, ll.7-13).